Nr. 3543.

Currenda XIX.

A. D. 1877.

Nr. 259/praes.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

PII

DIVINA PROVIDENTIA

PAPAE IX.

ALLOCUTIO

HABITA DIE XXII. JUNII MDCCCLXXVII. AD S. R. E. CARDINALES IN AEDIBUS VATICANIS.

Venerabiles Fratres

Gratissimum est Nobis hodie conspectu frui frequentiaque Vestra, non solum ut Vobiscum agamus de novis praestantibus viris in amplissimum ordinem Vestrum cooptandis, sed etiam ut justissimum, quod Nobis maxime cordi est, officium erga Venerabiles Fratres Ecclesiarum Catholici Orbis Antistites, et erga Christifideles universos impleamus, ac intimos sensus ad eos expromamus, quos corde continere non possumus. Dedit enim Nobis nuper divinae Clementiae amplitudo praeter tot alia insignia bonitatis suae argumenta, ut quinquagesimum natalem diem Episcopalis Nostrae consecrationis videremus, atque hoc munus aliis etiam muneribus cumulavit, ut nempe tam effusam hac occasione erga Nos et Sanctam hanc Sedem dilectionem omnium ordinum, tum Urbis Nostrae, tum aliorum populorum et nationum longissimo etiam terrae marisque tractu a Nobis dissitarum, tam mira obsequii, pietatis, et liberalitatis eorum experiremur officia, quae vere magnum spectaculum fuerunt mundo, et Angelis et hominibus Agnoscebamus Nos quidem, et publica cum commendatione, ut nostis, declarare non omisimus in Allocutione ad Vos habita die 12 elapsi Martii, Catholicum populum universum Nobis et huic Apostolicae Cathedrae esse devinctissimum; sed hoc ipsum Fideles ita splendidis nuper indiciis, omnibusque modis palam publiceque ostendere et confirmare voluerunt, ut quae ad eorum laudem pertinebant in magnam admirationem prorsus converterint, et gloriam Deo tribuentes, Nos jucundissima consolatione perfuderint. In omni enim paene mundi regione ille dies divinae

erga Nos benignitatis et miserationis a populo Dei publicis laetitiae et religionis significationibus celebatus est, undique ad Nos litterrae allatae sunt plenae filialis affectus, plenae doloris ob iniquum bellum cui obnoxii sumus, quasi tum primum post longa intervalla filiorum vox compressa erupisset: ipsi etiam catholicarum nationum rectores, aliique principes viri et feminae non solum amplissima nobilitate, sed regali etiam sanguine spectabiles, suae Nobis devinctae voluntatis officia exhibuerunt, luculenter ostendentes suum religiosum studium ab aliorum pietate non vinci. Frequentia autem ac multitudo Fidelium ex omni lingua populo et natione, ex omni ordine aetate et sexu, qui, praeeuntibus Pastoribus suis, peregrinatione suscepta ex remotissimis etiam regionibus ad Nos venerunt, fide et amore eorum animos inter tot cujusque generis incommoda sustentante, comperta est Vobis, Venerabiles Fratres, qui tantam vim dilectionis admirantes de ea, in Vestrae gratulationis officio apud Nos amanter implendo, glorificastis Deum, et super ipsos divinarum gratiarum largitatem votis Vestris implorastis. Vos enim vidistis confertissima agmina ad has aedes Nostras ita in dies singulos confluentia, ut satis ostenderent quam cuperent diuturnum desiderium Patris sui conspiciendi et alloquendi explere, vidistis amantissimos filios voces Nostras cupidissime haurire, et suis protestationibus ac obsequii significationibus, quas lacrimae interdum interrumpebant, in persona humilitatis Nostrae Vicariam Christi potestatem venerari, atque ipsum colere Apostolorum Principem, cujus dignitas in indigno licet herede non deficit. Hanc autem venerationem illustriorem ac splendidiorem quoque Catholicus Populus facere voluit, missis et allatis ad Nos ex omni parte uberibus largitionum subsidiis, missis et allatis muneribus, multitudine, varietate, pretio, artificio admirabilibus, quae dum Nobis facultatem praebent subveniendi hujus Apostolicae Sedis, et Ecclesiae suis bonis spoliatae necessitatibus, christianae etiam caritatis vim et splendorem, produnt, quae non modo omnia suffert omnia sustinet, sed etiam calamitatum et paupertatis impedimenta nesciens, talis est ut nunquam excidat, nunquam exhauriatur.

At quis, Venerabiles Fratres, dies tribulationum nostrarum in exercitationem et splendorem tantarum virtutum convertit, quis tantam fidem ac pietatem extulit ac fovit, quis infirmitati Nostrae illud solatium concessit, ut tam illustrium exemplorum Populi Christiani spectatores et testes essemus? Pater misericordiarum et Deus totius consolationis, qui ubi majori est servorum suorum tenuitas et infirmitas, ibi magis suam gloriam manifestare consuevit, in cujus manu sunt corda hominum, in cujus ditione cuncta sunt posita, Ipse fecit Nobiscum misericordiam suam, Ipse fecit cum tentatione proventum ut possemus sustinere, Ipse gloriam suam in Ecclesia revelavit ostendens mundo, eam quo magis impugnatur vires suas intentius exerere, quo magis deprimitur; altius attolli. Facere itaque non possumus quin in conspectu Vestro et coram universo orbe ex intimo corde gratiam et gloriam tribuamus Deo clementissimo, Ipsi benedicentes et confitentes quoniam *benignus est, et confortans in die tribulationis, et sciens sperantes in se*, ac Eum precantes ut sacrificium laudis et benedictionis nostrae licet impar operibus misericordiae suae, in abundantia tamen suae dignationis bonus ac propitius excipiat.

Hoc autem officii Nostri debito erga Divinam Bonitatem perfuncti, aequum est nunc ut ad Vos, Venerabiles Fratres et Dilecti Filii, ex catholico orbe universo, sermonem Nostrum convertamus. Vellemus quidem, uti apud eos ex Vobis egimus, qui ad Nos accesserunt, ita etiam unicuique Vestrum a quibus amoris tesimonia accepimus, gratissimi animi Nostri sensus declarare; sed cum id operosius et majus esse videamus, quam ut litterarum ministerio praestari possit, grave Vobis non sit, ut quemadmodum unum fuit omnium Vestrum cor, anima una in obsequiis Nobis deferendis, ita etiam una sit oratio, qua dum universos publice alloquimur, erga singulos privatim intendimus grati animi Nostri officio perfungi. Vobis itaque, Venerabiles Fratres et Dilecti Filii, corona mea sicut Apostolus sit, et gaudium meum, singulares gratias et habemus et agimus, eo affectu et sensu qui melius intelligitur ab animis fidelibus, quam verbis exprimi et aequari possit. Vos fecistis ut luceret lux Vestra coram hominibus, Vos glorificastis Deum et Ecclesiam, Vos de immaculata Christi Sponsa ac Christi in terris Vicario optime meruistis, ac pia liberalitate thesaurum Vobis fecistis non deficientem in coelo, ubi eum nec aerugo corrumpit, nec tinea demolitur.

Quoad Nos autem dilectionis Vestrae memoria ex animo Nostro non excidet, immo Ecclesiae fastis commendata ad exemplum etiam aedificationem et praeconium posterorum dimanabit, nec quidquam umquam erit Nobis antiquius, quam Pastorum Principem constanter rogare, ut Vobis, qui seminastis in benedictionibus, de benedictionibus et metere abundanter largiatur.

At nunc in hac parte sermonis Nostri praetermittere non possumus, quin ad veram vim et significationem tantarum rerum, mentem Nostram conferamus. Quidnam enim tantus Fidelium ardor, tanta alacritas et constantia, tantus eorum consensus in communis Patris acerbitatibus sublevandis, in hac Apostolica Sede suis subsidiis juvanda ejusque causa tuenda, in deplorandis injuriis quae eam affligunt, et divina Clementia imploranda, in assiduis peregrinationibus suscipiendis, quidnam hujusmodi studia et non intermissae sollicitudines ostendunt, quid mundo innuunt, quid spectant, quid assequi contendunt?

Haec manifeste luculenterque demonstrant atque confirmant, quod alias jam animadvertimus, perturbationem scilicet et anxietatem in qua sunt Fideles ob communem Patrem hostili dominationi subditum; ac simul universalis veri solemnisque suffragii vim habent, quo contra praetensa suffragia seu potius mendacia hujus saeculi, Catholicus orbis universus iterum atque iterum significat, se velle, ut Supremus Pastor Dominici Gregis cum dignitate, libertate, et nemini obnoxia potestate Ecclesiae praesideat.

Haec praeterea dum aperte probant vim caritatis qua membra Ecclesiae Suo Capiti adhaerent, ac proinde etiam firmum unitatis vinculum quo membra ipsa inter se invicem coniunguntur, splendidissime simul docent, Catholicam Ecclesiam tot iniquis modis tantoque impetu oppugnatam, omnique externo auxilio destitutam, at non modo nunquam labefactatam et victam, sed contra militiae suae labores constanter sustinentem, et vires suas in dies magis explicantem, radices, ut Chrysostomus ait, habere in caelis, et divina ac im-

mortali vita vigere; pleneque confundunt impiorum voces, qui sanctam Christi sponsam suis defunctam temporibus, effetam viribus, ac etiam extinctam dicere non verentur.

Haec ipsa demum vana ac stulta eorum consilia redarguunt; qui *inique inordinate perverse*, ut magni Augustini verbis utamur, *volunt levare aquam super oleum, sed demergetur aqua, oleum supereminebit*; *ponere volunt sub tenebris lucem, fugabuntur vero tenebrae lux manebit, super caelum terram volunt collocare, pondere autem suo cadet terra in locum suum.*

Nos autem, Venerabiles Fratres, considerantes vias divinae Providentiae admirabiles, quae tribulationibus solatia miscet ut non deficiant animi et vires, sed fiducia confirmetur, virtus muniatur et erigatur, ex his incitamentum capiamus ut augeamus constantiam et alacritatem nostram in praeliis Domini praeliandis, in officiis ministerii nostri fideliter obeundis, in adversitatibus pro Dei et Ecclesiae causa impavide perferendis. Dum gravis belli atrocitas terras hoc tempore caede ac sanguine cruentat, quo Deus ab omnibus vult intelligi, quid inter homines, divinis et humanis juribus eversis, justitia et veritate oppressa, expectandum sit, producitur etiam nihilo remissior dimicatio nostra, tanto nobilior et sua natura praestantior, quanto ad causam et incolumitatem non Religionis solum sed civilis ipsius Societatis pertinet, et ad ea principia restauranda quae pacis et verae prosperitatis fundamenta sunt. Propositum itaque certamen armis militiae nostrae viriliter certemus, in semita judiciorum suorum sustineamus Dominum, Eum fervide et humiliter obsecrare pergamus ut imperans ventis et mari tranquillitatem reducat; ac interea nec adversa nec potentiam hostium timeamus; Major est enim qui in nobis est, quam qui in mundo.

E Consistorio Episcopali,
Tarnoviae die 13. Julii 1877.

L. 3360.

Wezwanie do składek na pogorzelców miasta Kuty.

Znowu odwołać się musimy do dobroczynności Dyecezan, aby przyjść w pomoc pogorzelcom ciężkiém dotkniętym nieszczęściem. Od Komitetu zawiązanego w celu niesienia pomocy pogorzelcom miasteczka Kuty, otrzymaliśmy następującą odezwę, która stan rozpaczliwy mieszkańców opisuje. Odezwa ta brzmi jak następuje:

Odezwa

Okropny, ogromem swym przerażający pożar zniszczył w nocy dnia 13. Czerwca 1877. miasto Kuty w powiecie kosowskim prawie do szczętu. Płomień podsycany silnym co chwila zmieniającym swój kierunek prądem wiatru, ogarnął w niespełna dwóch godzinach całe gęsto zabudowane śródmieście, skutkiem czego z 244 domów mieszkalnych pozostały li tylko gruzy, zgliszcza i mogiły popiołu a 426 rodzin postradawszy całe swoje mienie, koczując na pogorzelisku bez przytułku pod gołem niebem, wyczekuje w swém nieszczęściu pomocy współobywateli kraju.

Dla ulżenia téj niedoli i w celu ochrony pogorzelców od śmierci głodowéj, zawiązał

się komitet, który uzyskawszy zezwolenie Wysokiego c. k. Prezydyum Namiestnictwa z dnia 17. Czerwca 1877. do l. 4768. na zbieranie składek dla pogorzelców tutejszego miasta w całym kraju, udaje się niniejszém z prośbą do Wysokich Władz, Świetnych Urzędów i Szanownych Obywateli wszystkich warstw społeczeństwa kraju, by raczyli podać rękę pomocną dla wsparcia poszkodowanych, udzielając na ręce przewodniczącego komitetu wedle możności datki pieniężne.

Zaraz na pierwszy odgłos o tym nieszczęśliwym wypadku raczył Najjaśniejszy Pan Jego ces. i król. Mość nadesłać dla tutejszych pogorzelców znakomity dar w kwocie 1000 złr. tudzież przyczynili się do ulżenia niedoli zaraz w pierwszéj chwili Wysokie c. k. Prezydyum Namiestnictwa, Wydział krajowy i Dyrekcya kasy oszczędności znacznemi datkami, lecz pomoc ta, chociaż hojną ręką dana, pokryć zdołała zaledwie na parę dni najniezbędniejsze potrzeby do życia, zniszczonych pożarem 1820 osób.

W obec ogromu nieszczęścia i nader wielkiéj nędzy pogorzelców pokłada Komitet zupełną ufność w udowodnioną tylekrotną ofiarność Obywateli kraju i spodziewa się, że głos ten błagalny znajdzie przychylny posłuch u osób skorych do niesienia pomocy dla ulgi nędzy i niedoli. Kuty 24. Czerwca 1877.

Przewodniczący komitetu:
Józef Soroczyński
c. k. emer. rządca dóbr skarb. i burmistrz miasta.

Uzbierane datki raczy przewielebne Duchowieństwo do Biskupiego Konsystorza odesłać.

Z Biskupiego Konsystorza, w Tarnowie dnia 16. lipca 1877.

Nr. 3131.

DECRETUM

Sabbato die 24. Martii 1877.

Sacra Congregatio Eminentissimorum ac Reverendissimorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium a SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO PIO PAPA IX. Sanctaque, Sede Apostolica Indici Librorum pravae doctrinae, eorumdemque proscriptioni, expurgationi ac permissioni in universa christiana Republica praepositorum et delegatorum, habita in Palatio apostolico vaticano die 24. Martii 1877. damnavit et damnat, proscripsit proscribitque, vel alias damnata atque proscripta, in Indicem Librorum prohibitorum referri mandavit et mandat quae sequuntur Opera.

Rodrigues Hippolyte. — Les trois filles de la Bible. — Paris 1865. — Les origines du sermon de la montagne. — Paris 1868.

— La justice de Dieu, introduction à l'histoire des Judéo-chrétiens. — Paris 1869.

— Histoire des premiers chrétiens de l'an 6 à l'an 38; première partie, le Roi des Juifs, 6-29; deuxième partie, Saint Pierre, 29-38. — Paris 1873.

— Le seconds chrétiens — Saint Paul 37-66, orné de trois cartes semi-muettes des voyages de Paul. — Paris 1876. *Opera praedamnata ex Constit. Clem. VIII. 28. Februarii 1592.*

Les origines de la religion, par Jules Baissac. — Paris, G. Decaux, 1877.

Ensayos sobre el movimiento intelectual en Alemania, por D. Jose Del Perojo. — Madrid, Imprenta de Medina y Navarro.

Ferrari Giuseppe. *Opera omnia.*

Buccellati A. L'Allucinato, Romanzo in tre libri, vol. 3. — Milano 1875-76, *Auctor laudabiliter se subiecit et Opus reprobavit.*

Della società politica e religiosa rispetto al secolo decimonono, per Guglielmo Audisio, professore di filosofia del diritto nell'Università Romana, canonico di S. Pietro in Vaticano. — Firenze 1876. *Decr. S. Off. fer. IV. die 18. Aprilis 1877. Auctor laudabiliter se subiecit et Opus reprobavit.*

Auctor Operis cui titulus: La questione religiosa di ieri e di oggi; con quattro punt di riforma cattolica, per G. B. Fiorioli Della-Lena. Padova 1869, prohib. Decr. 22. Mart. 1869, *laudabiliter se subiecit et Opus reprobavit.*

Itaque nemo cujuscumque gradus et conditionis praedicta Opera damnata atque proscripta, quocumque loco, et quocumque idiomate, aut in posterum edere, aut edita legere vel retinere audeat, sed locorum Ordinariis, aut haereticae pravitatis Inquisitoribus ea tradere teneatur sub poenis in Indice Librorum vetitorum indictis.

Quibus SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO PIO PAPA IX. per me infrascriptum S. I. C. a Secretis relatis, SANCTITAS SUA Decretum probavit, et promulgari praecepit. In quorum fidem etc.

Datum Romae die 20. Aprilis 1877.

ANTONIUS CARD. DE LUCA, Praefectus.

Fr. Hieronymus Pius Saccheri, Ord. Praed.

Loco † Sigilii. S. Ind. Congreg. a Secretis.

Die 14. Maii 1877. ego infrascriptus magister Cursorum testor supradictum Decretum affixum et publicatum fuise in Urbe.

Philippus Ossani Mag. Curs.

E Consistorio Episcopali, Tarnoviae die 30. Junii 1877.

Nr. 3433.

Wykaz sprawionych rzeczy i przedsięwziętych reparacyj w KOŚCIELE i PLEBANII w GÓRZE ZBYŁTOWSKIÉJ w Dekanacie Tuchowskim zobacz Kurendę XX. XXI. z r. 1876. Kurendę VI. z r. 1877.

Góra Zbyłtowska. Wykaz sprawionych rzeczy w Górze Zbyłtowskiéj od dnia 1. Sierpnia 1876 aż do dnia 18. Czerwca 1877.

I. Kosztem konkurencyi;

1) Wybudowano nową stodołę za 484 złr. 35 cnt., nowy śpichlerz za 245 złr. 80 cnt., nowy ganek przed kuchnią od Dunajca wraz z fundamentem murowanym i wchodem do piwnicy sklepionym, wzmocniwszy ściany popękane za 69 złr. 68 cnt. Ogółem za 799 złr. 83 cnt. — 2) W kuchni urządzono ognisko angielskie, wprawiono posadzkę cegielną, wmurowano dwoje drzwi i jedno okno, wystawiono piec w pokoju przy kuchni ogrzewany z kuchni za 94 złr. 77 cnt. — 3) Zreparowano stare drzwi w pokoju przy sieni, zrobiono drugie drzwi w tymże pokoju, dwuskrzydlne, filunkowe z okuciem francuskiém i z futrynami przez całą grubość muru, daléj zrobiono dwoje drzwi jednoskrzydl. filunkowych, t. j. z pokoju i z sieni do kuchni, tudzież sprawiono okno w kuchni zewnątrz oraz okno duże trzechskrzydlne w pokoju przy kuchni za 57 złr. 85 cnt. — 4) Wprawiono nową podłogę i sufit, oraz dano nowy tynk w pokoju przy kuchni za 58 złr. 90 cnt. — 5) Pokryto sygnaturę na kościele blachą cynkową za 129 złr. 50 cnt., pobito dubeltowo dach na kościele nowymi gontami, wprawiono 2 duże belki i kilka krokiew nowych z łatami nowemi w miejsce spróchniałych za 692 złr. 81 cnt. Ogółem za 822 złr. 31 cnt. — 6) Dodano na organy 300 złr., sprawiono nową podłogę i nowe balasy w prestyteryum w kościele wraz z okuciem za 99 złr. 75 cnt. Ogółem za 399 złr. 75 cnt. — 7) Sprawiono nową komodę do zakrystyi na przybory liturgiczne za 44 złr. 70 cnt. — 8) Sprawiono nowe rynwy drewniane około budynku plebańskiego wraz z okuciem za 36 złr. 70 cnt., okitowano i opokostowano takowe ze strony wschodniéj i południowéj, poprawiono komin od strony zachodniéj za 10 złr. 18 cnt., wprawiono powałę nad wozownią za 10 złr. Ogółem za 56 złr. 88 cnt. — 9) Pobito nowymi gontami i zreparowano dach na budynku plebańskim. Ogółem za 258 złr. 45 cnt. — Ogólna suma 2593 złr. 44 cnt. — Ponieważ miejscowy proboszcz X. Ant. Wróbel dodał na reperacyę i stawianie budynków 309 złr. 81 cnt. zostaje przeto na konkurencyę **2283** złr. **63** cnt.

II. Kosztem dobrowolnych składek;

1) Na organy nowe sprawione za 650 złr. duże o 8 głosach z pedałem o 2 głosach na które dano ze strony konkurencyi 300 złr. a ze strony miejscowego proboszcza X. Ant. Wróbla 50 złr., uzbierano z dobrowolnych składek 300 złr. — 2) Sprawiono dwie duże figury do ołtarza Różańcowego, przedstawiające Ś. Dominika i Ś. Jacka za 50 złr., tudzież stacye drogi krzyżowéj, na które Jakób Nawrocki, gospodarz ze Zgłobic ofiarował 100 złr. cwancygierami, wartości 116 złr., malowane olejno na płótnie wraz z ramami za 165 złr. 22 cnt. — 3) Sprawiono feretron N. M. P. wraz z postumentem służącym za ołtarz, portatyl i kanony, na które Anastazya Nawrocka ze Zgłobic ofiarowała korale wartości 65 złr. za 231 złr. 74 cnt. — 4) Sprawiono biały baldachim kosztem Wgo Forstbooma ze Szczepanowic za 70 złr.; tudzież chorągiewkę szafirową do starego obrazu i drążka, chorągiew nową Różańcową i chorągiew pąsową do starego obrazu i drążka za 77 złr. 14 ct. Ogółem 147 złr. 14 cnt. — 5) Sprawili obrusy na ołtarz: Maryanna Ptakowa z Koszyc wielkich, obrus webowy haftowany za 15 złr., Mateusz Ryndak z Koszyc wielkich, obrus płócienny z haftem kolorowym za 18 złr., Róże 23 i 27 takiż obrus ze składek za 16 złr., Bibrowa Tomaszowa ze Zgłobic obrus haftowany za 12 złr., WPani Zofia Jordanowa z Błonia obrus za 4 złr., takiż obrus JW. hr. Konstancya Sdudnicka z Wielkiéj wsi za 4 złr. WP. Wiktorya Komarnicka ze Strzegocic obrus za 4 złr. Ogółem 7 obrusów za 73 złr. — 6) JW. Kolatorka: hr. Julia Moszczeńska dała na oparkanienie kościoła 200 złr., podarowała do kościoła piękny dywan w wartości najmniéj 60 złr., sprawiła ornat czarny z aksamitu z kolumną krzyżową ręcznéj roboty wartości naj-

mniéj 35 złr. Sukienkę na puszkę i zasłonę przed najśw. Sakrament wartości najmniéj 25 złr. Ogółem dała 320 złr. — 7) Otrzymano w podarunku 3 poduszki pod mszał wartości 15 złr. — 8) WP. Korsynek z Gumnisk sprawił obraz olejno malowany św. Józefa do ołtarza za 30 złr. — 9) Sprawiono ze składek 2 ornaty białe po 14 złr., ornat zielony jedwabny za 22 złr. 2 dalmatyki czerwone za 42 złr. 22 cnt. kapę czerwoną za 36 złr. 73 cnt., 2 dalmatyki białe za 20 złr. Ogółem 148 złr. 95 cnt — 10) Sprawiono kielich nowy za 16 złr. 35 cnt., pozłocono kielich stary za 10 złr., pozłocono powtórnie tenże kielich za 7 złr. 80 cnt. sprawiono turybularz nowy posrebrzany kosztem Jędzeja Janka kościelnego i miejscowego proboszcza ks Ant. Wróbla za 12 złr., albę haftowaną z cienkiego płótna kosztem tychże za 15 złr. Ogółem 61 złr. 15 cnt. Suma ogólna 1492 złr. 20 cnt.

III. Kosztem miejscowego proboszcza Ks. Ant. Wróbla.

1) Na zrestaurowanie połowy domu plebańskiego po objęciu probostwa 260 złr. — 2) Na budynki plebańskie i kościelne przy restauracyi takowych 309 złr. 81 cnt. — 3) Na płoty około plebanii i ogrodu plebańskiego oraz około drogi od płotu dworskiego powtórnie dawane za 118 złr. 50 cnt. — 4) Na reperacyę drzwi i okien w 3 pokojach z okuciem i z pokostowaniem 6 złr. 25 cnt., na reparacyę zerwanego przez burzę dachu na budynku plebańskim i na stodole nowéj za 10 złr. na wprawienie wytłuczonych po dwa kroć przez grad w kościele i na plebanii szyb, obielenie sieni i jednego pokoju w 1szym oraz obielenie kuchni, sieni, dwóch pokoi i pieców w 3cim. roku, na wprawienie 8 kwaterek w oknach oraz 4 okiennic składanych wraz z okuciem i opokostowaniem za 33 złr. 55 cnt. — 5) Na sztachety około plebanii z okuciem bramek 41 złr. — 6) Na naprawę muru popękanego w budynku plebańskim, i na połatanie dachu na budynku plebańskim 11 złr. 60 cnt. 7) Na wybudowanie 2 pieców kamyczkowych 30 złr. — 8) Na wybudowanie odchodku przy kuchni z kanałem na zlewki 20 złr. — 9) Na wybudowanie przedsionka murowanego przy budynku plebańskim wraz z chodami kamiennymi 95 złr. 20 cnt. — 10) Na wybudowanie zupełnie nowéj studni przy plebanii wraz z okuciem, wiadrem, łańcuchem i rynnami dla bydła 82 złr. 48 złr.11) Na wybudowanie stajenki końskiéj 200 złr. — 12) Na przerobienie kuchni o 2 piecach chlebowych, o 2 ogniskach na zimę i na lato pod kapą, wraz z drzwiczkami, kabzlami, blachami, bratrurami, obwódką żelazną i wybieleniem kuchni, 73 złr. — 13) Na dodatek do organów 50 złr. do turybularza 5 złr., na ornat czerwony 20 złr. na ornat biały z morową kolumną 19 złr. 31 cnt., na kapę białą z alpaki 18 złr. 68 cnt., na mszał duży wiedeński 24 złr. na Ewangelie oprawne na Boże Ciało 2 złr. 20 cnt., na 12 lichtarzy gruszkowych pokostowanych 18 złr., na obrus płócienny z haftem kolorowym 14 złr., za albę płócienną z koronką nicianą 6 złr. 40 złr. Ogółem 177 złr. 59 cnt. — 14) Na assekuracyę budynków plebańskich 70 złr. — 15) Na założenie ogrodu wraz z szczepkami, flancami, żywym płotem z głogu i akacyj 60 złr. Ogólna suma 1582 złr. 73 cnt.

Zbyłtowska Góra dnia 18. Czerwca 1877.

Ks. Antoni Wróbel, pleban. **Ks. Rybicki**, dziekan.

E Consistorio Episcopali,

Tarnoviæ, die 26. Julii 1877.

JOSEPHUS ALOJSIUS,

EPISCOPUS TARNOVIENSIS.

Tarnoviæ 1877. Typis A. Rusinowski, Typographi ad honores Episcopalis. Impensis Consistorii.